atrium sacerdotum ⁊ basilicam grandē
⁊ ostia ī basilica que texit ere. Porro ma
re posuit in latere dextro ꝯtra orientē ad
meridiem Fecit aūt hiram lebetes ⁊ cre
agras ⁊ phialas ⁊ compleuit oīe opus
regis in domo dei. hoc est colūnas duas
⁊ epistylia ⁊ capita: ⁊ quasi quedam reti
acula que capita tegerent super epistylia
Malogranata quoqȝ quadringēta et re
tiacula duo: ita vt bini ordines malogra
natorum singulis retiaculis iungerētur
que ꝓtegerent epistylia. ⁊ capita colum-
narum. Bases etiam fecit ⁊ conchas: q̄s
superposuit basibꝰ: mare vnū. boues q̄ȝ
duodecī sub mari: ⁊ lebetes ⁊ creagras
⁊ phialas. Omnia vasa fecit salomōi hi
ram pater eius in domo dn̄i ex ere mun-
dissimo. In regiōe iordanis fudit ea rex
in argillosa terra: inter sochot ⁊ saredata
Erat aūt multitudo vasorū innumera
bilis: ita vt ignoraretur pondus eris Fe
citqȝ salomon omnia vasa domus dei: ⁊
altare aureum ⁊ mēsas: ⁊ super eas pa-
nes ꝓpositōnis. Candelabra quoqȝ cum
lucernis suis vt lucerent an̄ oraculū iux
ta ritum ex auro purissimo. ⁊ florentia q̄
dam ⁊ lucernas ⁊ forcipes aureos Om
nia de auro mundissimo facta sunt Thy
miamateria quoqȝ ⁊ thuribula et phia-
las ⁊ mortariola. ex auro purissimo. Et
ostia celauit templi interioris. i. in sācta
sanctoꝝ. ⁊ ostia templi forinsecus aurea
Sicqȝ completum est omne opus quod
fecit salomon in domo domini.
V
Intulit igitur salomō omnia q̄
fouerat dauid pater suus argē
tum ⁊ auꝝ ⁊ vniuersa vasa po-
suit in thesauris domus dn̄i. Post q̄ con
gregauit maiores natu israel. ⁊ cunctos
principes tribuum. ⁊ capita familiarum
de filijs israel in hierusalem. vt adduce-
rent arcam federis dn̄i de ciuitate dauid
que est in syon. Venerūt itaqȝ ad regem
omnes viri israel: in die solenni mensis
septimi Cunqȝ venissent cūcti seniorum
israel. portauerūt leuite arcam. ⁊ intule-
runt eam. ⁊ omnē paraturā tabernaculi.
Porro vasa sanctuarij que erant ī taber
naculo portauerūt sacerdotes cum leui-
tis. Rex aūt salomon ⁊ vniuersus cetus
israel. ⁊ omēs qui fuerūt cōgregati ante
arcam: immolabāt arietes ⁊ boues absqȝ
vllo numero. Tanta eñ erat multitu-
do victimarum. Et intulerūt sacerdotes
arcam federis dn̄i in locum suum. i. ad
oraculum templi in sancta sanctorum.
subter alas cherubin. ita vt cherubin ex-
panderent alas suas sup̱ locum in q̄ po
sita erat arca. ⁊ ipsam arcam tegerent cū
vectibꝰ suis. Vectium aūt quibꝰ portaba
tur arca: quia paululū longiores erant.
capita parebāt ante oraculum. Si vero
quis paululum fuisset extrinsecus: eos
videre non poterat Fuit itaqȝ arca ibi vs
qȝ in p̄ntem diem. Nihilqȝ erat aliud in
arca nisi due tabule quas posuerat moy
ses in oreb: quādo legem dedit dn̄s filijs
israel egrediētibꝰ ex egipto. Egressis au-
tem sacerdotibꝰ de sanctuario. omēs eñ
sacerdotes qui ibi potuerāt inueniri san-
ctificati sunt: nec adhuc in illo tempe vi
ces ⁊ ministerioꝝ ordo inter eos diuisus
erat: tam leuite q̄ȝ cātores. i. ⁊ qui sub a-
saph erant. ⁊ qui sub hemā. ⁊ qui sub ydi
thun. filij ⁊ fratres eorum vestiti byssinis
cymbalis ⁊ psalterijs. ⁊ cytharis concre
pabant stantes ad oriētalem plagam al
taris. ⁊ cum eis cantores centum viginti
canētes tubis. Igitur cūctis pariter ⁊ tu
bis ⁊ voce ⁊ cymbalis ⁊ organis ⁊ diuer
si generis musicoꝝ ꝯcinētibꝰ ⁊ vocem in
sublime tollētibꝰ. longe sonitꝰ audiebat
ita vt cum dn̄m laudare cepissent et di-
cere. Confitemi dn̄o qm̄ bonus qm̄ in e-
ternum misericordia eius. impleret do-
mus dei nube. ne possent sacerdotes sta-
re ⁊ ministrare ꝓpter caliginē. Cōpleue-
rat eñ gloria dn̄i domū dei
VI.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0387
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG